

sunt tantæ existimationis, quod prævalent communi opinionioni, secundum Imolam in cap. 2. de lit. contest. & Fagnan. in cap. Cum venissent, de iudiciis num. 32.

58 Auditorum Rotæ jurisdictionis, auctoritas, officium, & obligatio late statuitur à Joan. XXII. in constit. 14. incip. Ratio juris, à Martino V. in constit. 3. incip. Romani, à Sixto IV. in constit. 2. incip. Romani Pontificis; ab Innocentio VIII. in constit. 6. incip. Circumspecta, à Paulo V. in constit. 71. incip. Universi, tit. de Auditors Rotæ; ab Urbano VIII. in appendice Bullarum constit. 57. aliis 167. incip. Exponi, & ab Innocentio XII. in constit. incip. Auditores Rotæ. Et eorum Locumtenentes non possunt manifestare vota sua, vel suorum Coadjutorum alicui, exceptis Locumtenentibus, & Coadjutoribus; nec patefacere quinam ex sociis votum dederit, vel non, sub pena excommunicationis late sententia, à qua à nullo possunt absolvi, neque à summo Penitentiario, neque per illum Jubilæum, aut Bullam Cruciatæ, neque in anno Sancto, sed à solo Papa. Urban. VIII. in cit. constit. Exponi. Possunt vero assignare vel significare difficultates, motiva & rationes, ob quas dilata est resolutio in aliqua causa, tunc tamen nomine eorum, qui illas adducunt; Urbanus VIII. ibid. Auditorum Rotæ Adjutores, Manenses, & alii, qui sciunt tractatus, & causas, sub eadem censura tenentur celare, & nulli patefacere: Urbanus VIII. ibid. Auditores Rotæ, Locumtenentes, Adjutores studii, &c. tenentur prestare juramentum, & quale? Urban. VIII. ibid., & Joannes XXII. in cit. constit. Ratio juris.

62 Auditores Rotæ accipientes aliquod munus à Notariis ratione officii, scilicet quia utuntur ipsis, incurrunt excommunicationem, & tenentur ad restitutionem in duplo erogandam Pauperibus. Immo Auditores Rotæ nihil recipere possunt neque per se, neque per alium à partibus litigantibus, vel per Notarios, aut per alios pro iisdem, nec etiam pro sigillo, aut rubricis, vel alio quæsito colore; Joannes XXII. in cit. constit. Ratio Juris, & Martin. V. in cit. constit. In Apostolicæ. Solent tamen ab istis recipi munera quadam solita pro festis Nataliis, & Kalend. Augusti, quæ mittuntur à Principibus, aliisque nota dignis litigantibus, munuscula dicta ex quadam inveterata consuetudine uniformi, invariabilique fere certa quantitate in cereis, parvis panibus saccari, pullis, seu vino mitti solita, ut de stylo testatur Cardin. de Luca disc. 32. n. 30. in relatione Romanæ Curie, quæ munuscula solent etiam mitti Advocatis, & Procuratoribus per litigantes, quæque uti consuevit debent bonificari Agenti causarum, ut dixit Rota in Bononiens. Expensarum 18. April. 1704. coram D. Omann. Vid. verb. Xenia.

65 Auditores Rotæ nequeunt votum proferre in causis propriis suorum Consanguineorum usque ad secundum gradum consanguinitatis, dominorum, familiarum, & ecclesiarum sui beneficii, & tunc debent exire de Rotâ;

66 Joan. XXII. in cit. constit. Ratio juris. Immo dictæ causæ modo prohibentur agitari in Rotâ. Pius IV. in constit. 44. incip. In Throno, & Paul. V. in constit. 71. incip. Universi, ibid. Causæ propria Auditorum, & eorum familiarum, ac consanguineorum, vel affinium usque ad secundum juxta Jus Canonicum computandum, non cognoscantur in Rotâ.

67 Auditores Rotæ prohibentur dare consilium, sive publicum, sive privatum, in causis pendentibus, sive introducendis in Rotâ, & si dederint debent repelli à voto ferendo, Urban. VIII. in cit. constit. Exponi. Sic etiam debent repelli à voto ferendo in causis, quas ut Advocati patrocinati sint antequam Auditores eligerentur; in jure enim prohibetur est, Advocatum in causa, quam patrocinatus fuit, iudicis munus gerere, c. Postremo de appell. & nemo ex his 13. Cod. de Asser. & maxime quidem suadente ratione, ne, ut ibi ait Imperator, affectionis sue, vel adulationis memor, incorrupti iudicis non possit nomen perferre. Consuant leges 10. tit. 4. p. 3. 6. tit. 18. 3. 8. 10. & 15. tit. 19. lib. 2. Ord. Reg. 27. tit. 4. 18. tit. 5. 30. 1. 16. l. 2. Rec. Cast. Remis. 3. ejusd. tit. 16. 28. tit. 24. lib. 2. Ind.

69 Auditores Rotæ habent maxima privilegia; possunt anticipari horis recitare officium cum uno, vel pluribus familiaribus. Possunt uti altari portatili & missam ante lucem facere celebrare. Tempore Interdicti esse præsentem sacris cum sex aliis personis, quæ non dederint cau-

sam Interdictio. Interdicti tempore, si moriantur, possunt traditæ sepulture etiam cum pompa funerali. Tempore Quadragesimæ visitando duas ecclesias, & in Curia tempore audientia propriam capellam, Indulgentias stationum Urbis lucrantur. In diebus prohibitis comedere caseum, & cetera lacteina; sic etiam in diebus, in quibus prohibentur carnes, & comeduntur ova, possunt comedere carnes. Possunt habere plura beneficia, etiam si alterum sit Curatum, & alia incompatibilia. Non tenentur ad residentiam beneficii, sed per alios possunt illud regere absque licentia Ordinarii. Nominare possunt amicos, consanguineos &c. pro beneficiis sibi concessis. Præferri debent aliis in his provisionibus. Bullæ pro quovis beneficio ipsorum gratis expediendi sunt pro illis. Sunt exempti à jurisdictione Ordinarii, Legatorum &c. etiam de Latere, & aliorum, & Papæ immediate subduntur ipsi, & ipsorum bona. Eximuntur à gabellis, taxis &c. Clem. VII. in constit. 13. incip. Convenit. Habent exemptionem pro 15. vegeris vini, sive ex ripa, sive ex aliis partibus recipientur; Paul. III. in constit. 12. incip. Romani. Et alia multa Privilegia à variis Summis Pontificibus pluries concessa & confirmata, ut signanter videri possunt in constit. 3. Leonis X. incip. Sedis, in constit. 13. Clementis VII. incip. Convenit, in constit. 12. Pauli III. incip. Romani, in constit. Paul. V. incip. Universi.

Auditores Rotæ licet olim congregarentur modo in Palatio Vaticano, modo in ecclesia D. Mariæ Pacis Canonico Regularium, modo in palatio Vicecancellarii, seu in cancellaria, à Pontifice tamen Urbani VIII. ceperunt congregari, ut nunc servatur in Vaticano, seu Quirinali, prout Papa ibi degit. Hora competens sue Congregationis est de mane, ut duret per quatuor circiter horas, & pro signo attenditur pulsatio Campanæ Tribunalis A. C. ab Innocentio XII. instituta. Auditores Rotæ missam semper audiant collegialiter in Rotâ antequam ad causarum discussionem procedant. Antequam novus Auditor in hanc congregationem, seu collegium admittatur, ultra publicum examen, quo in publicis conclusionibus probari debet iuxta disposita à Martino V. in constit. inc. In Apostolicæ, debet etiam sustinere examen privatum coram Eminentiſſimo Vicecancellario, prout statuit Sixtus IV. in constit. 2. inc. Romani Pontificis. Rotæ jurisdictioni quoad singulos, cessat statim ac Papa moritur, & innotescit per sonum campanæ capitoline, quæ iuxta morem pulsatur, dum Papa expirat, quod evenit die 9. Dec. 1669, cum Rota jam erat congregata, & lectum erat primum memoriale, & tunc cessavit processus ad ulteriorem discussionem causarum, ut testatur Emerix Junior in dec. 18. in initio; Sed postea repertum fuit, contrarium fuisse servatum in obitu Leonis XI. apud Coccin. in annot. 48. lib. 1. dec. & in obitu Urbani VIII. apud Card. Cerrum, ut testatur idem Emerix ibid.: nam continuata fuit Rota usque ad expeditionem causarum; nam æquius videtur, ut sic continuetur Rota, quia actus inceptus legitime debet prosegui, ut recte notat, & tenet Petra in constit. 14. Joannis XXII. n. 18. De primo ad ultimum Rotæ Auditores circa personas, loca, festa, causas, & alia omnia, regulari debent iuxta disposita à Joan. XXII. in constit. 14. incip. Ratio Juris, à Mart. V. in constit. 3. inc. In Apostolicæ, à Sixto IV. in constit. incip. Romani Pontificis, ab Innocentio VIII. in constit. 6. incip. Circumspecta, à Paulo V. in constit. 71. incip. Universi, & Urbano VIII. in constit. 57. incip. Exponi, & ab Innoc. XII. in constit. 44. incip. Circumspecta. (Ad num. 59. verb. Secretarius.)

Auditor Generalis Camera Apostolicæ commissiones pro causis criminalibus expedire potest expensis accusatoris, sive adherentis Fisco, factis nimirum ab hoc congruo deposito pro viaticis, cibariis &c. & data fidejussione pro reliquo. Sic Bened. XIV. tom. 2. constit. 44. incip. Rerum humanarum. Deficiente autem accusatore, seu adherente, commissiones expedire nequit, sed demandare debet inquisitiones Ordinarii ecclesiasticis locorum, seu aliis ibi existentibus in dignitate ecclesiastica constitutis. Idem ibid. Quod si expedire iudicetur commissiones ex Officio ab Urbe mittere, vel eas injungere iudicibus extra locum delicti existentibus, reportare tenetur commissionem specialem manu Papæ signatam, & ab Auditore

Sanc-

Sanctissimi subscriptam, sub pena solvendi de proprio. Idem. ibid.

Auditor Papæ executioni legum à Pontifice statutarum pro tribunali Viarum peculiariter invigilare jubetur. Idem tom. 2. constit. 67. incip. Dum omnibus. Auditor Papæ tamquam Secretarius Congregationis Economice, examinare, & approbare debet causas mittendi commissiones criminales ex officio à tribunalibus Card. Vicarii Urbis, & A. C. Idem constit. 44. incip. Rerum humanarum.

Auditoribus Rotæ conceditur delatio rochetti per Urbem. Idem tom. 1. constit. 84. incip. Præclara. Rotæ Auditores electi habitum Advocatorum consistorialium assumere nequeunt absque licentia collegii. Idem constit. 106. incip. Iter §. 12. A Rota Romana assumi consuevit Regens Penitentiaria. Idem constit. 96. incip. In Apostolicæ §. 12.

Auditores Rotæ in Subdiaconorum officio Pontifici solemniter celebrant ministrant. Idem tom. 2. constit. 60. incip. Rerum. Eorum Decano traduntur Agni, ex quorum vellibus sacra pallia conficiuntur. Idem ib. Idcirco idem deputantur ad deferenda eadem pallia coram Pontifice, cum solemnem eorum benedictionem percipit. Idem ib. (Vide verb. Archiepiscopus, art. 3. ex n. 7.)

Ad Rotæ Tribunal in secunda sententia pertinent causæ graviores, quæ in Urbe in prima instantia iudicata fuerint coram Camera Auditore, vel Cardinali Vicario. Idem tom. 2. constit. 21. incip. Iustitia. Item causæ graviores in partibus iudicate, & per appellationem ad Curiam devolute, vel immediate, vel post alteram instantiam coram A. C. aut coram Cardinali Vicario expellunt arbitrio appellantis. Idem ibid. In Rotæ Auditorio post primam, aut ulteriorem causæ propositionem in Turno ordinario, si suffragia æquevantur, causæ ipsa proponenda erit videntibus quinto, sexto, & septimo. Idem ibid. In his vero causis, quæ videntibus omnibus proponuntur, Auditor proponens suffragium ferre debet, vel non, prout aliorum suffragantium par erit vel impar; Idem ibid. Rotæ Auditorio committi nequeunt causæ Prælatitæ, vel ad Capitoli curiam spectantes, nisi de omnium partium consensu; Idem ibid. Rotæ Auditorio tamquam Prælati committi nequeunt causæ de sui natura Rotaes, nequidem de partium consensu; Idem ibid. Antiquitus inter duodecim Rotæ Auditores à diversis nationibus assumptos, locum obtinuisse Neapolitanos, refert Marta de Trib. Urb. cap. 3. n. 19. Quomodo vero suum postea locum amiserint Neapolitanos, in obscuro est.

(Circa cognitionem causarum ecclesiasticarum, tam telam judicariam admittentium, quam ex mera correptione dimanantium, repete quæ ab Auditore inseruntur præcipue art. 4. & 5. verb. Appellatio; ibique etiam recog-

noscere addit: postea juri hispano conformes insertas; vide additionem hisp. verb. Eodem, verb. Conservatores, & verb. Forum, ubi, si recte omnia conferas, præcedens doctrina totam suam explanationem consequetur.)

AUGURIUM. Vide verb. Superstitio num. 28.

AUSPICUM. Vide ibid. num. 29.

AURORA.

SUMMARIUM.

1 Aurora unde dicta. 2 Aurora pro diversitate mensium diverso tempore præcedit solem; & assignatur pro singulis mensibus. 3 Quomodo regulanda, & sumenda aurora pro licita Missarum celebratione? Aurora est sic dicta, quasi avium hora; Hostiens. in cap. Dolentes 9. de celebr. Missarum n. 5. in fin. verb. Ad Diurnum concenium: Joannes Andreas ibid. n. 3. Cardin. ibidem in princip. Fagnan. ibid. num. 4. ubi notantur reprehensibile esse Prælati, & Clerici & somno non surgere ad diurnum concenium avium, ibi: Vix ad diurnum concenium avium excitantur, id est, in Aurora; nam ut ait S. Augustinus, indecens est Christiano, si radius solis ipsum in lecto dormientem inveniat; & facit textus in cap. Sunt qui arbitrantur, de panis. dist. 1. & in cap. Clericus victum dist. 91. boni morum coram A. C.

Aurora pro diversitate mensium diverso tempore præcedit solem; in Martio enim circa æquinoctium præcedit solem per horam cum quadrante. In Junio circa solstitium præcedit solem per duas circiter horas cum quadrante; in Februario, & Septembri per horam, & mediam. In aliis mensibus, aliquando per duas horas, vel per unam cum tribus quadrantibus, itaque, excepto Martio, semper durat saltem per horam, & dimidiam; Aversa 9. 11. scilicet 15. §. quarto, Quartus in Rubr. Missal. part. 1. tom. 15. D. 2. notant, auroræ tempus sumendum esse non mathematicæ, sed moraliter, ideoque nihil peccare, qui ea hora celebrat, ut dici possit adhuc in aurora celebrasse, vel abolisse cum aurora, ita ut saltem finis missæ attingat auroram; Suarez, Aversa, & alii. A Sacra tamen Rituum Congregatione pro licita missarum celebratione fuit sic decretum: Ubi non est aurora physice pro licita missarum celebratione attendatur ea moraliter, & pollice, quando scilicet ibi terminari solet quies, & inchoari labor iuxta probatam regionum consuetudinem, 28. Sept. 1654. (Horarium ab Auditore allatum inservit nostræ tantum Zone temperatæ.)

BAC-

Auditorem R. Nuntii Apostolici, nostris etiam temporibus in possessione cognoscendi, & in prima instantia decidenti, prout Iudex ordinarius, causas tam civiles, quam criminales regularium, ceterorumque exemptorum, permansisse, confirmandi quoque, vel revocandi, uti Iudex Apostolicus, sententias ab ordinariis latas (1) pro comperto est tenendum, sed negotio tali maturè considerato, justitiam expedite administrandi ergo, à Sancta Sede ultimatè fuit jussum, ut imposterum Auditor natione Hispanus, & non aliter quam Abbreviator, haberetur pro privato omni & quacumque cognoscendi in relatis facultate: fuitque in perpetuum subrogatum tribunal de Rota de la Nunciatura Apostolica nuncupatum, & erigendum hac in villa, curiaque madridenti, cui tribunal causæ omnes per appellationis recursum committende venient, exceptis vero assignatis, quod quidem stabilitum manet, sicuti fuit jussum, cum Iudicibus, prout ibi; nunque etiam cum honoribus Regii Consilii. (*)

(1) Vid. verb. Appellatio.

(*) Guia de Forasteros: Jueces Auditores de la Nunciatura de presentacion del Rey con honores de su Consejo. Vide verb. Abbreviatores.

ciatura de presentacion del Rey con honores de su Consejo. Vide verb. Abbreviatores.